

Predictos autem obsides, secundum dictas condiciones tenebit dominus imperator, a proximo pascha usque ad biennium, et tunc ipsos marchioni restituet, ita tamen, quod tunc patres obsidum vel alii ministeriales marchionis eque idonei et totidem numero promittent et iurabunt, secundum quod supra dicti tam infeudati quam ministeriales marchionis promiserunt et iuraverunt. Si vero aliquis denominatorum obsidum vel morte interveniente 5 vel aliquo casu alio domino imperatori dari non posset, alius eque idoneus domino imperatori dabitur loco illius omnibus aliis in suo vigore permanentibus. Ex alia parte dominus Otto Romanorum imperator promisit fide data T[heoderico] marchioni Misnensi, quod sibi bonus et propitius dominus abhinc ut in antea erit et quod ei assistet et eum iuvabit contra omnem hominem in sua iustitia et omni necessitate et nunquam eum deseret. 10 Et quod regnum Bohemie concedet nepoti marchionis Wratislao et ad optinendum eum iuvabit et optentum defendet, marchione in omnibus et diligenter cooperante; et hoc observabit bona fide et sine fraude et malo ingenio. Et hoc pro eo et de eius voluntate et mandato promiserunt data fide et iuraverunt frater eius H[einricus] palatinus comes Rheni, Albertus de Arnstein et Gerhardus burggravius de Liznic, Albertus burggravius 15 de Aldenburc, Guncelinus dapifer, Henricus de Coldiz, Henricus de Widha, Henricus de Drackinvelz, Henricus de Crematzove, Hermannus de Schoneburc. Sub hac autem conditione promissum est et iuratum, quod si forte, quod absit, ex parte domini imperatoris non observaretur convenientia, omnes isti, qui iuraverunt, civitatem Misnam intrabunt nec inde recedent sine licentia marchionis, excepto solo dapifero, qui in hoc casu Goslariam 20 intrabit, inde nunquam recessurus sine voluntate et licentia marchionis. Actum apud Frankinvurt anno dominice incarnationis MCCXII, XIII. kal. aprilis, indictione xv.

164.

König Otto IV. nimmt den Deutschen Orden in seinen Schutz und erlaubt ihm, reichslehnbare Güter zu erwerben. — Zeuge: Markgraf Dietrich. Nürnberg, 121[2] Mai 10. 25

Hdschr.: Or. Perg. Deutsches Ordenscentralarchiv Wien. S., an rothen Seidenfäden, = Heffner V. 41.

Gedr.: Hennes, Cod. dipl. ord. Theut. 11. Böhmer-Ficker 479 (mit Mai 15).

Anm.: Die Datirung, welche mit der richtigen Indiktion XV auf 1212 hinweist, ist offenbar verderbt, doch dürfte das VI zum Monat und nicht zur Jahreszahl zu ziehen sein.

— — Testes sunt hii: Teodericus Coloniensis arciepiscopus. Manegoldus Bat- 30
tauensis episcopus. Engilhardus Zicensis episcopus. Hertwicus Eistetensis episcopus.
Teodericus marchio Misnensis. Ludewicus dux Bawarie. Bernhardus dux Carinthie.
Heinricus dux Saxonie. Heinricus marchio Moraue. Raboto palatinus. Comes Heinricus
in Ortenbere. Guntherus comes de Keuerenbere et alii quam plures. Datum apud
Nvrenbere anno dominice incarnationis millesimo cc. iij. x., vi. idus maii, indictione xv. 35

(S.)